

ram ingenia: quò sensu verba eius obsoleta capienda sint. Nihil tamen aliud mihi
 videtur voluisse; quam ut, qui coronam aliquam ludis adeptus foret,
 quò eius nomen peractis ludis publice à Præcone audientibus omni-
 bus promitteretur ac proclametur, (sive viri, sive quadrigis consecutus esset
 victoriam) eidem quoque mortuo corona virtute acquisita, non illis tantum septem
 diebus, quibus intus, s. e. domi positus esset; sed et quoque, quò cum pompa et or-
 natu ad Rostra in forum efferebatur, sine fraude ulla imponatur. Lectus flori-
 bus et corollis sparsus, quò cadaver efferebatur, iam commemorandus sequitur.
 in quo solum defuncti cadaver; verum etiam lectum, in quo recubaret mor-
 tuus, floribus ac corollis ornare solebant: sive ut florum hac sparsione divi præ-
 sentiam in animum revocarent, illudque simul significarent, ea, quæ se-
 cundum legem florere, celeberrimè marcescere; sive ut defunctis animabus honorem
 etiam ad hunc usque actum haberent. Florum namque sparsiones ad eos hono-
 res, quos summa proferebantur benevolentia, quosque et honore quam maxi-
 me volebant affectos, receptas apud Romanos fuisse, et hæc præterea iam olim
 Livio, Capitolino, Ovidio, Herodiano, et Virgilio observavit Lippius. De Col-
 latione cadaverum in medio hoc quid iam proferam? Lota quippe et optimè
 lavata delibuta tempore, floribus coronata collocari consueverant cadave-
 ra. Ad propinquos, ut puta parentes, fratres, aut legitimos hæredes hoc, qui-
 bus erat officium, pertinebat. Hos, hoc scilicet defuncti cadaver collocare so-
 lebat fuisse, sine inde in bonis stuctoribus observare licet. Solebant autem cor-
 onatum, vestitum, lotum et unctum cadaver è penitentiore ad iurum locum proferre,
 et vestitum ad ipsum collocare limum. Humi interdum id vel in alto collo-
 cabant lecto, et ita quidem collocabant: ut foras spectaret, et facie pedibusque
 in unam versis iaceret. Quin imò et custodem apponebant: ne iniuria de-
 licti cadaveri ab inimico aut creditore fieri ullò modo posset. Paucis tan-
 tum Conclamatio restat, ultimus, qui Funerationem antecedit, ritus. Cla-
 mantes videlicet, antequam mortui cadaver Urbe efferebatur, ab eis, qui tum præ-
 sentes erant, excitabantur: ut aut euntem animam retardarent, aut in cor-
 pore adhuc delitescentem exprocerent. Prior illa ratio ex Propertio liquet
 et sole liquidius liquet. Apud hunc enim Cynthia:
 Est mihi non oculos quisquam inclamavit cuntes,
 Unum impetrassem te revocante diem.
 Alteram hæc obscurè Servius nobis indicat: dum inquit: Mortui et calida
 abluantur aqua, et per intervalla conclamabantur: quia vitalis scilicet spi-
 ritus exclusus solent putari, atque homines fallere. Interdum enim anima, quæ
 adhuc delitescit, in corporis latibus adhuc delitescit. Ne igitur semivivi
 adhuc,

ra, in odore, in
 t, leonum ind
 sed interius pla
 m et varietate
 m. Quis enim
 periretur: ut
 t: ne quorundam
 sarco, Vestes ne
 rum cadaveribus
 us deridet, ad
 et frigore
 ma, alio hæd
 mortuos. Comm
 faveratis, Galy
 bi sic carit:
 in qua
 atur, erat un
 oarem togam, q
 t. Pauperes tam
 ne dati videban
 honorem sibi
 am rerum offe
 tam, Conforias
 porro virtute pu
 decorari ac cor
 t. DEI. COR
 SUTISVE.
 S. EGUS. Q
 XFERGOR
 odis Leg. h
 formasse